



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

4. An ad Prælaturas regulares Generalis teneatur eligere digniores? Et an
religiosi in suis electionibus teneantur eligere digniorem? Ex p. 2. t. 15. &
Misc. 1. r. 61.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

matione sequi poterant, nam Generalis potius de eius confirmatione, quam de bona Religionis administratione in primo sexennio sollicitus esset; sed supradicta inconuenientia sequi possint quoad omnes Generales sive intra sexennium electos, siue perdurantes per integrum sexennium vique ad aliud Capitulum. Ergo absolute dicendum est Constitutionem comprehendere omnia Capitula generalia, & confirmationem omnium Generalium, nam vbi militat eadem ratio, debet esse eadem iuris dispositio, vt patet ex leg. illa ff. ad l. Aquil. l. Si postulantur §. 2. ad leg. Jul. ff. de adult. l. quidem numularios, ff. de edendo, l. Nauta. §. fin. nauta cap. l. à Titio ff. de furtis, l. Illud, Cod. de Sacros. Eccles. §. si igitur instituit, quod cum eo, gloss. verbo Italia, in cap. 1. de tempor. ord. d. l. 6. Abb. in cap. nihil, num. 5. de elect. Dec. cons. 15. num. 2. & cons. 301. num. 6. & 8. Calderin. consil. 147.

Sup. hoc inf. in Ref. 304 §. Sed ego, ad medium, à vers. Et quidem, & in multis aliis eius not.

Sup. hoc inf. Ref. not. præterite §. Cō firmatur supradicta sententia, & in multis aliis eius annot.

Et idem hic intrat aliud Axioma iuris, quod vbi est eadem ratio, dicitur adesse eadem lex non extensiuè, sed comprehensiuè ex leg. his solis vers. satis etiam caute putamus, Cod. de renouandis donat. d. leg. illud, Cod. de Sacros. Eccl. leg. item veniunt, §. ait Senatus, ff. de perit. hered. Tiraq. in l. 1. vnguam, verbo libertis, n. 45. & 46. Rebuff. ad l. in lege censoria 203. vers. item que de seruis, versic. colligitur. D. de verb. signifi. pag. mibi 647. Surdus, decis. 276. num. 8. Guttier. prætic. lib. 3. quest. 17. num. 84. cum seqq. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. præm. numer. 105. ibidem fol. 122. quibus adde duos Iuriscultos Hispamos Castilium Soto maior, tom. 5. contr. part. 2. cap. 177. & Larream, in Allegationibus fiscal. tom. 2. Alleg. 115. num. 51.

Sup. hoc inf. in Ref. 308 §. 1. ante medium, vers. Tum quia, & in to. 3. tr. 4. Ref. §. 3. vlc. ante medium, à vers. Vnde in casu, & in tom. 5. tr. 1. Ref. 87 §. Sed ego, post medium, à vers. Et ideo legis mens, & in tom. 6. tr. 1. Ref. 32 §. Sed instabis, propè finem, à vers. & qui dem iura, & in to. 9. tr. 1. Ref. 12 §. 2. à lin. 4. Et ibi in tr. 7. Ref. 95. §. Probatur primo,

2. Nec obstat argumentum in contrarium adductum, nam respondeo primò, quod mens legis magis est attendenda quam verba, leg. Scire leges, ff. de legibus, leg. non alter D. de leg. 1. leg. nominis, & rei, §. verbum ex legibus, ff. de verb. signifi. Surd. decis. 35. num. 34. Marc. Anton. Genuen. in practicab. Ecclesiast. quest. 144. num. 3. Ferrer. in Constit. Cathalonie, gloss. 4. num. 66. ibidem, fol. 87. Sed in nostro casu mens legis est tollere inconuenientia, quæ in diuturna confirmatione Generalis oriri possunt: ergo magis hæc mens, quam ipsa verba legis erit inspicienda, vnde rectè dixit Socinus, cons. 35. l. 1. & Cardinalis Tufchus, litera R. concl. 31. numer. 16. quod mens, & ratio statuentium præponderat verbis. Respondeo secundò, quod argumentum contrarium procederet, quando in confirmatione Generalis faciendi in omnibus Capitulis non adesset eadem ratio, sed ratio quæ militat in confirmatione Generalis electi infra sexennium, militat etiam in confirmatione Generalis, qui integrum sexennium expleuit; ergo confirmatio istius erit prohibita per Constitutiones, ac confirmatio illius, cum in vtroque casu militet eadem ratio, vnde corrui doctrina adducta circa dictionem Tamen, appositam in constitutione, quod à fortiori probatur exemplo dictionis, Tantum, quæ includit expressum, & reliqua excludit, vt patet in leg. qui aliena, §. libertos, ff. de negot. gestis, & in leg. qui sella, §. qui actum, ff. de seruitu. rustic. prædiorum, notant Bart. in leg. 1. num. 1. & ibi Iaf. numer. 9. D. si quis insidicenti non obtemperauerit, Cod. in cap. conuincit, & ibi Felinum 3. de fide instrumenti. Panorm. per text. ibi in cap. Cum Ecclesia Surina, num. 9. de causa poss. Petr. de Anchar. cons. 91. Abb. cons. 51. lib. 1. Alex. cons. 86. incip. Vsis & ponderatis, numero 11. vers. aliàs sequeretur libro 7. Dec. consilio 327. numero 1. Gozadin. consil. 31. numero 22. & alij. Attamen licet hæc dicitio sit limita-

tua, & restrictiua; non propterea excludit alios casus similes, vt notant gloss. in leg. ob as, Cod. de prædijs minorum, & in l. si mora verb. duntaxat, ff. soluto matrimonio & in leg. vltim. Cod. de renouand. donat. Iaf. in d. leg. à num. 10. ff. si quis ius dicens, & in d. leg. si constante, numer. 86. Bart. per text. ibi in l. seruum nomine, num. 2. ff. de vsucap. Dec. in rubr. de constit. leg. num. 18. & in l. numer. 3. Cod. de honorum possess. ibidem Gutierrez Canon. quest. lib. 7. cap. 14. num. 5. & practice lib. 3. quest. 15. num. 23. Paul. mon. tan. de tutel. & curat. cap. 57. num. 66. Sanch. de matrim. l. 7. d. 31. num. 6. Ceual. commun. contra comm. quest. 504. num. 4. Calder. Pereira de emp. & vendit. cap. 14. num. 23. cap. 20. num. 15. & cap. 23. numer. 4. Melch. Plebos Lusitan. decis. 54. n. 14. tom. 1. Sic, & in casu nostro dicendum est particulam Tamen, licet sit limitatiua, & restrictiua non excludere casus similes; ergo verba constitutionis non solum comprehendunt Capitulum faciendum Generali electo infra sexennium, sed etiam omnia alia Capitula faciendi post completum integrum sexennium ab vno Generali: Nam non solum similes, sed etiam ratio, vt dictum est militat in confirmatione faciendi in quibuscunque Capitulis; Ergo, &c. Et ita ego sentio saluo, &c.

RESOL. IV.

An ad Pralaturas Regulares Generalis teneatur eligere digniores? Et an Religiosi in suis electionibus teneantur eligere digniorem? Ex part. 2. tract. 15. & Mat. 1. Refol. 61.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docent communitate Fernandez in inst. confess. part. 2. Refol. 61. cap. 4. num. 11. Nauarr. lib. 2. cap. 2. num. 159. Rebell. p. 1. lib. 3. quest. 4. concl. 5. & Portel. in dub. reg. verb. electio, numer. 6. vbi sic ait. Regulares etiam teneantur ad officia eligere digniores: sunt enim Pralaturæ regulares, & cætera officia, beneficia Ecclesiastica: proinde etiam in illis militat ratio naturalis, & dispositio iuris, vt eligatur dignior. Idem etiam docet Turrian. tom. 2. in 2. 2. disput. 22. de elec. 4. numer. 1. vbi querit, an Religiosi in suis electionibus teneantur eligere digniorem; & ita respondet, Est obligatio eligendi digniorem, considerata qualitate officij, & constitutionibus Religionis cuiuslibet. Quod si ad solum Generalem Religionis pertineat eligere superiores, ipse obligabitur ad eligendum digniorem, vel æquè dignum, post sufficientem, & exactam diligentiam, circa cognitionem personarum. Ita Turrianus.

2. Sed his non obstantibus. Ioann. Valerus, in differentijs vtriusque fori, ver. electio, differ. 1. numero primo, ponit aliquas causas exculantes à peccato eligentes minus dignum, dummodo sit dignus; vt cum eligitur (ait ille) Prælatus regularis non habens ex electione beneficium, sed tantum onus, & officium, vt sunt nostri Prioratus, & Prioratus Dominicanorum, & similes. Ita singulariter Catezan. ver. Electio prælari. Et facit Concil. Trident. sess. 7. cap. 3. vbi sufficit eligere dignum ad curata inferiora. Vnde quod dicitur sess. 24. capite 1. intelligitur de electione Episcoporum, & aliorum Superiorum. Ita Valerus. Et quod mirum est, Fellic. Soc. Iesu tom. 3. tract. 41. cap. 4. n. 187. asserit absolute esse probabilem illam sententiam, quæ asserit sufficere

De Dubiis Regularium. Resol. V. &c. 5

re in qualibet electione eligere dignum, pratermissio digniori. Sed an hæc opinio sit probabilis, remitto me iudicio aliorum, nam est contra communem, vt notat Barbof. in collect. tom. 1. lib. 1. tit. 6. cap. 9. num. 4. qui citat 33. Doctores. Ad autoritatem veteris Concilii Trid. sess. 7. cap. 3. quam adducit Valerius, & Filiucius, respondeo, quod Concilium requirit, vt beneficia conferantur dignis, non vt collatio sit sine peccato, sed vt non sit irritanda in foro externo, vt patet ex verbis sequentibus, aliter facta collatio omnino irritetur. Et eodem modo intelligi possunt quidam Canonistæ, vt Petrus Tholosanus in partit. iur. can. lib. 1. tit. 29. cap. 1. num. 1. & alij, dum dicunt sufficere, vt eligatur idoneus; & sic ex Coaratu, respondent ad autoritatem Concilij, Lessius lib. 2. c. 3. dub. 1. n. 69. & alij. Nec facit pro Filiucio & Valero cap. cum nobis, de elect. & electus potest, quatenus habet litteraturam non eminentem, sed solum convenientem, sufficere; nam, vt olim respondebam cuidam viro docto, electus in illo Canone erat Subdiaconus Pontificis, & cum competenti litteratura habebat curialitatem antiquam; ideo ob experientiam bene regendi, quam acquisiuit præsumitur, diu viuens in Curia, poterat præferri digniori. Et ita explicat hunc Canonem Alexander Raudensis dec. 66. cap. 1. 7. & ita declarasse Leonem X. refert Aloys. Ricc. in suis collect. an. p. 4. collect. 93. 1. & alij.

neficiis curatis, seu Prælatoris Ecclesiæ secularis, non inde inferitur nasci eandem obligationem, si præceptum ad electiones regulares extensum non est, quia lex ob similitudinem rationis extendi non debet ad casum sub lege non comprehensum. Præterea, quia non est eadem ratio in Prælatu Religiosis, quæ facile amouetur, & temporaria est, quam in Prælatu Ecclesiæ perpetua, & difficulter amouibili. Adde in electione beneficiorum hoc præceptum haberi ex traditione, vt supponere videtur Trid. sess. 24. cap. 1. & 18. quod tamen non supponitur de Prælatu Religiosorum. Hæc Castus Palaus. Sed hæc opinio mihi non placet, quia est contra communem, & ratione iustitiæ distributiæ tenentur Electores semper eligere digniores, & electio Prælatorum Regularium est res maximi momenti, & Superior Regularis eligitur ad Prælaturam, quæ habet curam animarum Religiosorum.

RESOL. VI.

An mutus, surdus, & cæcus sint eligibiles ad Prælaturas?
Et difficultas est, an si quis, v.g. eligatur in Visitatorem alicuius Religionis; & postea factus est cæcus, an possit, cæcitate non obstante, Visitacionem cum Visitatore sano, & Socio continuare? Ex p. 5. tract. 6. Resol. 20.

RESOL. V.

An Generales, & Diffinitores teneantur eligere digniores ad Prælaturos Regulares? Ex p. 5. tract. 14. & Misc. 2. Ref. 11.

§. 1. **Q**uoad cæcum respondeo negatiuè, ex cap. *Quoad hoc lege doctrinam, §. 1. 2. & 3. K. F. seq. & in tom. 8. n. 9. Ref. 3.* hinc etenim, §. cæcus, dist. 49. & D. Thom. in 3. part. q. 82. art. 10. ad 3. Idem dicendum est de surdo, ex cap. *constitutionem, de verborum significat. in 6. & ideo de iure ciuili surdus non potest gerere publicum officium, testatur Campanili in diuer. iur. can. rubr. 1. c. 17. num. 37. & mutos etiam esse ineligibiles, ex supradictis tradit ex multis Doctoribus Peyrinus de Relig. Prælat. tom. 2. q. 2. c. 4. n. 18. 20. & 21. cui adde Iulium Laurium in var. elucubr. tit. 4. c. 16. n. 81. & Sigismundum à Bononia de elect. part. 2. c. 4. n. 89.*

§. 1. **A**libi pro affirmatiua sententia adduxi Narraram, Rebellium, Portel, Turrianum, & alios, quibus nunc addo Valquez in opusc. de beneficio, cap. 2. §. 3. dub. 2. num. 72. Sotum de Iust. lib. 3. quest. 6. art. 2. Peyrinum tom. 1. de Religiofo subdito, quest. 1. cap. 3. §. 4. verb. ex quo sequitur, Sanchez, in opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 11. dub. 2. n. 28. Salonium in 2. quest. 63. art. 2. contr. 7. & Villalobos in summ. tom. 2. tract. 8. diffie. 3. num. 6. vbi sic ait. [Los Prelados Ecclesiasticos tienen obligacion de elegir los mas dignos por los officios de gobierno, como es Prouitor fiscal, &c. Mas para otros officios menores basta que sea digno, como haga lo que le manden, y sea prouido, y fiel. Y lo mismo hemos de dezir de los Religiosos, que se proueen en los officios de la Religion, como son Prouinciales, Dofinidor, Prior, Guardian, Lector, y otros semejantes tienen obligacion à mirar al bien comun, eligiendo al mas digno; y si no lo hazen, pecan mortalmente, y son acceptores de personas. Otros officios ay ad nutum, que pueden quitaros, y ponerlos cada, y quando que quisieren, como de Vicario, y Superior; y estos antes son coadjutores de los Prelados, por officios, o beneficios espirituales; y assu pu de el Prelado escoger el que quisiere, como no sea hombre cansado, y penoso à la comunidad.] Ita ille.

2. Sed difficultas est, an si quis, v.g. eligatur in visitatorem alicuius Religionis, & postea factus est cæcus, an possit cæcitate non obstante Visitacionem cum Visitatore sano & socio continuare? & videtur quod sic, quia, vt infra probabitur, cæcus potest esse iudex. Sed contrariam sententiam, & merito, docet ex multis rationibus Megala *variarum resolutionum, tom. 2. resolut. 183. per totam; quia cæcus non potest esse testis in testamento, quia testatorem videre debet, ex cap. si non speciali, & si vnus, C. de testament. & ideo Sebastianus Medices tract. de fort. cas. questio. 6. numero 55. tenet non posse cæcum esse testem in actibus quæ visu percipiuntur. Sed Visitatores debent de supradictis actibus testimoniū ferre Generali, & capitulo Generali, ergo, &c.*

RESOL. VII.

An Regularis cæcus sit eligibilis, vt interueniat alicui Capitulo Generali?
Et an cæcus teneatur recitare Horas Canonicas cum socio?
Et an supradictus Regularis cæcus possit eligi in Scribam, in Visitatorem, in Prælatum, in Collegam?
Idem est dicendum de surdo respectu officij.
Et an saltem Religiosus cæcus possit eligi in Commissum?

2. Sed his non obstantibus non desinam hîc adnotare contrariam sententiam docere Castum Palaum tom. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 11. §. 2. n. 14. Nam spectato iure communi, & seclusis specialibus Religionum constitutionibus, non apparet firmum argumentum huius obligationis. Nam esto eadem ratio procederet in Prælatu Religionis, ac in be-